



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Adulationis remedia sunt duo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Adulationis remedia
sunt duo.*

Primum est quādo uentus adulationis flat, ad terram descendat, uidens sui infirma, dicit cum Dauide. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Psa, 50. In omni enim quod de nobis dicitur, semper tacitè recurrere ad mentem debemus, interiorē testem, & iudicem quærere. Quid namq; prodest si omnes laudent eum, & conscientia postea accuset? an quid poterit obesse, si omnes nobis derogent, & sola nos conscientia defendat? Vnde Cato ille dicebat.

Cato. Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento. Plus aliis de te, qui tu tibi credere noli. Secundum est, ut homo insinuat per signum adulatorē esse, sicut Socrates cuidam sibi adulanti, dixit. Nihil proficis adulator, cum te intelligam. Alioquin eris cupiens laudem. Vnde quidam Doctor Gentilis inquit. Si inuenierimus, qui beatos uiros dicat, qui prudentes, qui sanctos ignoscimus, non sumus modica laude contempti

tempore. Idcirco dicit D. Hieronymus. Adulatores deuota, sitq; tibi tam triste laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia.

Adulatio fit tribus modis.

Primo modo, tribuendo alicui bonum quod non habet, & hoc est ueniale. Secundo modo, super extollendo bonum quod habet. Tertio modo, approbando malum quod habet, & hoc est peccatum mortale.

Amabilem reddunt hominem quatuor.

Primum est modestia in sermone. Vnde in Ecclesiastico dicitur Sapiens in uerbis amabilem se facit, gratia autem fatuorum effundentur. Secundum est mansuetudo. Dicebat Ecclesiasticus. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligere. Tertium est fidelitas. Vnde Ecclesiasticus dicebat. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima.

A. 5.